AD, IOANNEM, DE, SALVIA- tis Cardinalem Ampliſſimum.

Alexandri Traiani Petronij Ciuitacaſtellani de Rationali Diſciplina Sectio prima.

Cui titulus de incomplexa demonſtrationis materia, treis in commentarios diuiſa

Quorum hic rudimenta quæpiam ut pote Logicus quomõ res conſyderet, et alia huiuſmodi: atq; uocata prædicabilia docet

Alter nuncupata prædicamenta & nonnulla eisdem annexa.

Tertius definitionem: atq; obiter in quæſito ſi eſt, ſubiectum reuera ſupponi eſſe. Id quod priorũ nullus (Ariſtotele tamen excepto) cognouiſſe uidetur.

IOANNI de Saluiatis Cardinali Ampliſſimo. Alexander Traianus Petronius ciuitacaſtellanus.

SI patrono ſuo quicquid homo habet, id omne debet, ego certe mea omnia tibi debeo. Quamobrem quũ inter medicas occupationes noſtras (neſcio qua tamen fortuna) his diebus hæc logica cõſcripſerim, ut equidem debeo, ita hæc eadẽ ad te mitto. quippe quæ ſi nihilminus tibi grata eſſe cognouero, efficiam præterea tũ in his, tũ in alijs et phyſicis et medicis (modo uita ſuperſit) ut a me accipias multo plura, alioqui nec minus grata. bene Vale. meq; ut ſoles ama. Romæ Decima ſexta Februarij. M.D.XLVIII.

De interpretrationis uſu Cap. primum.

OMnis diſciplina quibuſdam utitur, quibus id ſignificat, quod intendit. Et horũ id quidem notio, Illud autem Interpretatio dicitur, aut ſcriptura. ut leonis in anima ſimulachrum, ut uox ipſa leo, ut hæc ſcriptura leo. Notio igitur eſt rei cuiuſuis in anima ſimilitudo, parte qua illam eandem ſignificat. Vt. n. unum quoddam genus entium eſt, ſiue phyſicũ ſiue quoduis aliud dixeris, haud noſtra eſt ita definire: ſed alterius, qui notionem ſpeculatur, non ut ſignum eſt, ſed ut ens quoddam exiſtit. Interpretatio eſt dictæ ſimilitudinis per uocem explicatio. Scriptura uero fluentis Interpretationis, firma repræſentatio. Siquidem ea quæ in uoce, ſunt earum quæ in anima paſſionum notæ & ea quæ ſcribuntur, eorumquæ proferuntur. Atq; horum quodlibet bifariam dicitur, eſt. n. notio, hæc quidem incomplexa, illa uero complexa, pariterq; quum Interpre=

tatio tum ſcriptura. Porro incomplexa notio eſt ſingulæ uniuſcuiuſq; rei animo conceptæ ſingula ſimilitudo, ut herculis in anima ſpecimen. Complexa uero eſt, plurium rerum plures quidem in anima ſingillatim prius, deinde tamen coniunctæ ſimilitudines, ut herculis & albedinis imagines in aĩa copulatæ. id quod uoce nũc herculem albũ nunc herculesalbus eſt ipſi proferimus. Sed ĩcomplexa quũ interpretatio tũ ſcriptura eſt incomplexæ notionis ſignum, complexa uero, complexæ. Quocirca uox iſta tonat, licet Incomplexa ſecundum uocem appareat, quia tamen complexæ notionis eſt Index, ut puta tonantis dei, complexa eſt Interpretatio. Contra uero uox iſta Petrus Paulus, & ſi Complexa in uoce uidetur, Nihilminus quoniam Incomplexam notionem ſignificat, Iccirco dicitur Incomplexa, ſimiliter autem & in reliquis. Cæterum & ſi quemadmodum apud omnes non

ſunt eædem Scripturæ, Ita quoq; neq; eædem Interpretationes: (ſed has utraſq;, ut placitum nobis eſt, ſic ad ſignificandum imponimus) ob hoc tamen ſcripturis & interpretationibus utentes, haud facimus ut ſenſa, rationeſq; rerum, ad placitum noſtrum imponantur, proinde ut ad placitum quoq; ſint artes omnes & ſcientiæ. Quinimmo his in ſe ipſis incorruptis & eiſdem exiſtentibus, licet quum græce, tum latine de his uere loqui & ſcribere. Vt enim illa quorum In primis ſigna ſunt Interpretationes, eadem apud omnes ſeſe præſtant, quæ namq; apud Romanos eſt Leonis notio, non eſt equi uel capræ apud Græcos, Sed Leonis ſimiliter Ita nihilo minus res quæcumq; a notionibus ſignificantur, eædem ſunt apud omnes. Sed enim Ceruus apud Romanos non eſt Bos uel Equus apud Græcos, Sed idem apud illos ceruus eſt. Si ergo quemadmo-

dum in anima ſeſe notiones habẽt ad ea quo-rum ſunt ſimilitudines, itaquoq; Interpretatio*nes, notionibus, quarum ſunt ſigna, reſpondent. nequaq; abſurdum erit, notis ad ſignificandum uti, ſi tanq;* Interpretationes *accipiantur.* Quip*pe quæ, uſum commodiorem nobis præſtent in tractandis explicandisq; doctrinis, præſer-tim quum hoc ipſo, notiones priuentur, ꝙ ex ſe ipſis, extra non pateant alijs.* Et *quia ſicut in anima, ita et in interpretatione (ut diximus) hoc incomplexum eſt, illud uero complexum.*

De *hoc quidem poſterius.* Nunc *autem de incõ-plexo, tanq; de ſimpliciori & ſecundum naturã priori dicendum, & id quidem dictio,* Illud *aũt oratio nuncupetur.* Eius *uero gratia de his om-nibus agendũ, quoad demonſtrationis peritiam ſufficiant.* Hæc.n. *logici negocij finis eſſe uide-tur, qua rerum omnium cauſas habentium ſcientiam adipiſcimur.*

De æquiuocis, Synonymis & denominatiuis dicendum, ne decipiamur opinantes, ſicut eſt in Interpretatione, ita quoq; in ipſa notione ſemper contingere.

Cap. 2.

Sed ne circa Interpretationis uſum oberremus, putantes ut in uoce dicitur ita omño. in ipſa notione ſemper cõtingere. Sciendum eſt in primis ꝙ non nullorum quæ uoce proferimus, alia dicuntur æquiuoca, alia Synonyma & alia denominatia. In quibus notionem ab interpretatione, longe admodum diuertere uſuuenit. Et .n. æquiuoca, Interpretatione unica dicuntur. Huic tamen non una quidem notio, Sed plures correſpondent. Contra uero, Synonyma pluribus Interpretationibus nuncupantur; ſed tamen una eadem notio per illas explicatur. At denominatiua tametſi uocis ſimilitudinem ſortiuntur: non ſimilis tamen in anima notionis ſemper exiſtunt, ut a ſtudio ſtudioſus. Aequiuoca

igitur dicuntur quibus nomen eſt unum, notiones autem in anima ſecundum illud nomen, ſunt plures: ut Canis dicitur cœleſte quoddam sydus, dicitur quoq; piſcis quidam marinus, & animal noſtrum oblatrans: Sed tamen huic uoci canis, ne quidem una notio reſpondet: non enim notione illa qua sydus cœleſte canis appellatur, hac eadem animal noſtrum oblatrans uocatur canis. quocirca Ariſtoteles *ſcriptum reliquit,* Aequiuoca *dici, quorum nomen commune eſt ſolum, ratio autem ſubſtantiæ ſecundum illud momen, eſt altera.* Synonyma *dicuntur quibus notio una eſt, nomina uero ſecundum eandem notionem, ſunt plura.* Vt *enſis, mucro, gladius: ut ueſtis &* Indumentum. *unde* Grammaticus, Synonyma *ſunt (inquit) quæ diuerſis nominibus idem ſignificant.* Denominatiua *autem dicuntur, quæ ab aliquo habent eam, quæ ſecundum nomen appellationem, ipſius uocis terminatione differentia. ut*

a, grammatica grammaticus, & a ſtudio ſtudioſus, de quo diximus haud ſimilem ei, a quo deriuatur, ſortiri notionem. De uocatis uero diſperatis, tranſcendentibus & huiuſmodi dictionibus non admodum refert dicere: quoniam in his Interpretatio notioni non diſcordat. & enim huiuſmodi omnia ſunt uniuoca: Hæc uero nunc dicuntur quorum nomen eſt commune, & notio ſecundum illud nomen eſt eadem. ut homo dicitur Socrates, dicitur & Plato. Communis igitur his eſt uox homo, & eadem notione uterq; dicitur homo, quare fortaſſe dictum eſt uniuocum, tamq; unius uocans notionis. Atq; ideo uoluerunt uniuoca dici, quibus nomen eſt commune, & ratio ſecundum illud nomen eſt, eadem. Patet ergo quonam pacto interdum uariet interpretatio ab ea quæ iuxta notionem eſt, ſignificatione.

De Incomplexis, & quare de rebus etiam agendum.

Cap. 3.

Reſtat ut ad id quod eſt propoſitũ ad incomplexorum.s.enarrationem accædamus: Sèd quum Incomplexæ Interpretationes ſigna ſint notionum, hæ uero rerum: opꝫ non ignorare de his quidem diſſerere logicum eo ſanè animo quo rerum cognoſcendarum inſtrumentis hic adinuentis, tum in alijs ſcientijs, de notionum ſignificatis hoc eſt de rebus, artificioſe recteq; loqui poſſit. Quamobrem notionum quoq; ſignificata hoc eſt res ut logicus cognoſcat, opꝫ. quo.n.pacto inſtrumentum, conficere nouerit, eo non exiſtẽte, aut penitus ignorato, cuius futurum eſt inſtrumentum? Textor.n.ſi tælam eſſe neſciret de pectinis mõ fruſtra laboraret. quis.n. neceſſariam enunciationem cognoſcet, præter illa quorum eſt enunciatio? quis definitio. recta ſit aut non recta, iudicabit? hæc citra quorum &

ex quibus, eſt definitio? Quis item ſyllogiſmum aut demonſtrationem compræhendet? rebus ipſis; quarum gratia uterq; conſtituitur, penitus abdicatis? At ſi quis obijciat uerũ utiq; eſſe quod dicimus, ſed quoniã res ẽe per ſe patet, icirco eas ſupponere, neceſſum non eſſe. quemadmodum & grammaticus quandoq; facit. is ergo ne Ariſtotelem aut ſiquis eſt alter qui ſuppoſuerit res eſſe, redarguet? Ac eum acta agere & oĩo errare contendet? An porro clariorem reddere doctrinam? & ritu Naturæ neceſſaria cuncta cõplecti? quãdoquidem manifeſtiſſimorũ etiã ſuppoſitio, omnium fermè quæ dicenda ſunt, maximum ſit principium, ut mathematicis in uſu eſt quippe qui in foribus artis: profata quædam cõmuneſq; dignitates inſcribunt, quorum hæc quidem nemo eſt, qui neſciat, illa uero nulli ea in arte non perſpecta. Itaq; de notionum quoq; ſignificatis hoc eſt de rebus, mõ quodam ſcribere decet eum, qui uel Incõplexis interpretatio-

nibus perfecte uti uelit. de rebus autem euſq;
ſcribere, quo ſufficiat ad futurum de demonſtra
tione præſertim examen. Sufficiet autem ſi res
tantum eſſe ſuppoſuerimus, Sine his enim tum
notiones, tum interpretationes, neq; ẽe neq; pla
nè cognoſci poſſe uidetur. Adeo ut res illis (ut
aiũt) principia fermè ſint & cognitionis &
eſſentiæ. hæc autem eſſe ſubijcere oportet.

Quomodo logicus conſideret res, & ab aliJs differat, q eas cõtẽplãtur Cap. 4.

Quũ igitur logicus demõſtrationẽ haud cõficiat
(ſic.n. rerũ quæſita demõſtraret) ſed cõficiendæ
demõſtrationis normã aperit nobis: res quidẽ ip=
ſas præſertim quæ in demõſtrationes aſciſcũtur
eſſe ſupponit: quarũ cõmunitates atq; differẽtias
iuxta mẽtis noſtræ in cognoſcẽdo facultatẽ exper
tus, de ſtructura demõſtratiõis iudicat et regulas
manifeſtat. quẽadmodũ architector q nõ lateres
cæmẽta, maceriẽ, et ligna ſimul nectit, quo domũ
ædificet. ſed his tãq; ſuppoſitis cõficiẽdæ domus
regulas et modos oſtẽdit. ex natura rerũ cõponẽ

darũ et cõponẽtiũ habitudinẽ illas eliciẽs. ab alijs igitur artificibus differt, ꝙ illi res ſpeculẽtur de rebus utiq; ratiocinãtes, Hic uero necqcq; per ſe de rebus ſyllogizãs, res ipſas tantũ imitatur pro-ut cognitionis noſtræ ſubiacẽt inſtrumentis. Ete-nim rebus ad exẽplariũ inſtar inſpectis, quorũ et qualiũ et quomõ eſſe debeãt organa, per quæ nobis ignota cognoſcimus, inueſtigat, tãq; pictor egregius, ad res ipſas et ad noſtri intellectus ui-res picturã metitus. Sane [redacted] *res eſſe ſuppone-mus: ubi deſcnẽm qd ipſarũ nomẽ ſignificat, ex-plicantẽ, in medium attulerimus:* Hac. *n.* *intelle-cta, non qd res ſit (ut infra clarius dicetur) ſed ſi ẽ, nobis licet accipere, ſiue id perſe, ſiue per qd alterum, deinde ſit manifeſtum.* Quid. *n.* *res ſit inueſtigare, illius eſt. artificis, cui propoſitum eſt de illa proprium facere ſermonem. Si uero ẽ, id logici quidẽ couſq; intereſt, quo logicæ diſci-plinæ principiũ eſt res ipſas eſſe.* Et qa *prĩcipia quædã inductione, quædã ſenſũ, quædã conſuetu-dine, quædam alia uia innoteſcunt. de rebus uti-*

ratiocinãtes

q; loquemur pro ut communi uſu receptum eſt: has eaſdem eſſe, quandoquidem unum alium modum qui res ſimiliter manifeſtet eſſe: non facile ſit accipere. quum etiam & ſi non aliter q; hoc pacto eas eſſe declarauerimus, nihil omnino impedimus, demonſtrationis doctrinam quã potiſſimum exoptamus. Vnde Plotinus male repræhendit Peripateticos q ij de nõnullis rebus cum ſermonem in logica fecerint qui earum naturæ conuenerit minime. Quippe ſermo de rebus in logica non eſt ut illarum eſſentiam naturãq; demõſtret. (Sic.n. logica aut mathematica aut phyſica aut prima eſſet philoſophia) ſed quo eas eſſe conſtet. Huic *uero ſit ſatis, uel perperam (ut ita loquar) de ipſis dicere, modo ipſas eſſe perſpiciamus.*

De rebus apud logicum non tractari ut omnes ſingilatim numerentur, ſiue ut ad unũ cõmune ens reducũtur ſed ut decẽ predicamẽtis concludũtur Cap. 5.

Et quamq; res omnes quidem inſcribere eſſe: ualde admodum expedire uideretur, quibus perſpectis, nihil ferme eſſet negocij ſyllogiſmorum ſpeties, & reliqua ad logicum ſpectantia defi-nire. Nihilminus quoniam difficillimum eſt id aſſequi ſermone: cum maximus fieret in lo-gicæ liminibus, ſcientiarum & artium omniũ cumulus. Tum etiam quia res ſingulæ ferè in infinitum incumbunt; ſcientia utiq; concludi uix poſſunt: iccirco diligentioris operæpretium eſt, incomplexa quædam in quæ omnia referuntur proponere: quibus uiſis, facile ſit ex illis quoq; complexa ſpeculari. Sed quoniam a manifeſtis ad immanifeſtas demõſtrationis regulas ire decet atq; a ſuppoſitis rebus, ad illas accedere. in-complexa quidem omnia ut diximus præpone-re oportet, quæcumq; utiq; in confeſſo ſunt eſſe cætera uero ut abſtractas mentes et huiuſmodi pleraq; , de quibus apud alios contingit ambi-gere, modo nequaq; attendere: ne uidelicet de

principijs dubitantes, ſuper illis in ambiguo ſi=militer aliquid aſtruamus. Qua re quicunq; utrum materia uel forma, & utrum deus, atq; ſupernæ mentes, In ſubſtantiæ predicamento, utrumue quæpiam alia in predicamentis alijs locari poſſint, Inquirunt. hi addiſcentium ani=mos confundunt & falcem (ut aiunt) in alterius meſſem ponere tentant: atq; extra logici negocium in aliena trāſgrediuntur. Sed hæc obiter. Tractare uero de rebus his, ut ad commune omnibus ens reducuntur, diminutum eſt, & carens artificio, non .n. dicta omnia ita ſunt ens unum: ut ſatis ſit, huius contemplatione, ſic de=monſtrationis regulas adipiſci, & cætera logicæ opera terminare. Quomodo igitur iſthæc in unum coibunt? ut propoſito deinde ſit ſatis? an ut ad plura numero ſed tamen finita, ut ad de=cem uocata prædicamenta referuntur? quum ferme omnia quæcunq; eſſe abſq; controuerſia recipiuntur, ab his planè complecti maniſeſtiſſime

uideantur

uideantur. Singulum enim incomplexorum uel ſubſtantiam ſignificat, ut animal, lignum, uel quantum, ut bicubitum, tricubitum: uel quale ut album, grammaticum: uel ad aliquid ſeſe habens ut duplum, dimidium, uel in loco ut in foro in templo, uel in tempore, ut cras perendie, aut ſituari, ut ſedere, iacere, uel habere ut calceari, armari: uel agere ut ſecare, urere, uel pati ut ſecari, uri. Si ergo hac leui & ſimplici uia incedare ſatis eſt ad finis aſſecutionem, uanum eſt ad alia quæ doctrinā impēdio magis obſcurant, ſeſe conferre. Quamobrem neq; nobis uitio uertendum eſt, ſi forte ſubſtantiæ differentias, quippe quæ re uera ſubſtantiæ ſunt, has non ſubſtantias ſed qualitates appellauerimus. & quæpiam interea deſcripſerimus quæ poſtmodum in ſcienciis trutinata (ut ante quoq; dictum eſt) longe aliter intelligi perſpiciuntur.

De uniuerſali & ſingulari. Cap. 6.

Vt uero his decem prænominatis, cætera omnia concludere ualeamus: quo demonſtratoriam diſciplinam intelligere, & adipiſci facile poſſimus, Primum admonendi ſumus, ꝙ horum ſunt hæc, ſingularia, illa uero uniuerſalia. Vniuerſale eſt quod natura ſui pluribus conuenit: ut appellatiua nomina, Sol & leo. Singulare autem, quod uni tantum ſoli. dicitur id & indiuiduum: hoc quidem ſubſtantiæ, illud autem accidentis, ut Socrates, & Socratis albedo. accidens nunc dico, quod ſubſtantiam contra diuidunt dicentes, omne quod eſt, ſubſtantiam eſſe, aut accidens, quo nomine tum proprium, tum accidẽs, quæ utraq; ſumus modo deſcripturi, concludimus.

De genere & ſpetie Cap. 7.

Omnia præterea uniuerſalia dicuntur genera uel ſpetics, uel differentiæ, ul propria, uel accidentia. eſt .n. genus uniuerſale, per quod recte reſpondetur, interroganti de pluribus uniuerſa

libus quid illa ſint, ut interroganti de homine & leone quid ſint, recte dicitur quod animal. Animal igitur illorum eſt genus. unde fertur genus eſſe quod de pluribus differentibus ſpetie in eo quod quid prædicatur. Specties namq; illud eſt uniuerſale, de quo genus, quid ſit interogantibus, explicat. ut homo ſpeties eſt: quia eſt uniuerſale, & animal explicat qd ſit homo.

De genere generaliſſimo, ſpetie ſpetialiſſima: genere ſubalterno & ſpetie ſubalterna. Cap. 8.

Ad hæc quædam ſpeties ſpetialiſſima nuncupatur & genus quoddam generaliſſimum. id uero eſt uniuerſale ſupra quod aliud genus ſuper excædens non exiſtit, ut naturale corpus, in phyſicis. Specialiſſima autem ſpeties eſt uniuerſale infra quod non alia ſuccædens ſpeties ſed tãtum ſingularia numero differentia inueniuntur, ut homo, leo, ignis, in phyſicis. Quocirca ſpecialiſſima ſpecies dicitur uniuerſale quod ſolummodo

predicatur in quid, de pluribus differentibus numero. cætera uero quæ generaliſſimum & ſpecialiſſimum intermedia ſunt, ſubalterna genera & ſpecies ſubaltarnæ dicuntur. ſiquidē ad alia & non ad eadem comparentur. ut animal in Phyſicis. etenim ad naturale corpus relatum, ſpecies eſt ſubalterna: ad hominem uero genus ſubalternum. atqui genera dicuntur ſubālterna, quorum alterum ab altero uel utrūq; (ut inquit Ariſtoteles) ab uno communi tertio continetur. quæ uero neutro dictorum modorum ſeſe habent, genera non ſubalterna dicuntur. Sed illud non eſt ſilentio pretereundum in quacunq; ſcientia unum eſſe genus generaliſſimum oportere, plures uero ſpecialiſſimas ſpecies. Vna.n. ſcientia unius generis eſt: Quā obrem ſi plura generaliſſima in aliqua ſcientia ſtatuerentur, quum hæc in unum non coeāt (ut ex gēeraliſſimi deſcriptione cognoſcitur) ſcientia illa non una quidem ſed multiplex fo=

ret. plures uero ſpecialiſſimas ſpecies eſſe neceſſarium eſt. quia genus unumquodq; plures per differentias diuiditur, & harum quælibet ſpeciem ipſam conſtituit.

De differentia. Cap. 9.

Etenim differentia eſt uniuerſale per quod res eſſe dicitur interrogantibus de ſpecie quale ſit in illa ſuum genus, ut pote animal genus eſt hominis, poſtulantibus nobis quid ſit homo, uere dicitur ꝙ animal ſit. Quum uero rurſum inquirimus, homo inquam eſt animal, quale igitur animal eſt? id quidē uniuerſale per quod huic petitioni ſit ſatis, differentia nuncupatur, quū ergo interrogātibus quale animal homo ſit? bene reſponderimus eſt rationale, id certe, erit differentia, Itaq; cum genus dicatur quid ſuarum ſpecierum, differentia uero quale ſit illarum genus, exponat, non iniuria quale quid prædicari dicitur differentia. Quocirca hanc eandem definiuerunt dicentes eſſe quod de

pluribus differentibus ſpetie in quale quid prædicatur. Eſt autẽ differentia alia quidni cõmunis alia uero propria, comunis quidem quæ in alias differentias diuidi poteſt, ut animatum, propria uero quæ impartibilis eſt, nulliuſq; alterius a ſua ſpetie differentia. Quãobrem et ultima differentia et ſimplex rei ratio nuncupatur.

De proprio. Cap. 10.

Proprium uero eſt quod uni ſoli cõmuniq; rei ineſt atq; conuerſim de illa prædicatur, qualis ſit res ipſa, declarans. ut ſubſtantiæ proprium eſt in ſubiecto non eſſe. Porro autem uere propriũ eſt, quod uniuersæ ſpeciei et ſoli & ſemper ineſt, id quod qualis ſit ſpecies, tãtummõ exprimit. ut riſibile oĩ quidem homini ineſt & ſoli & ſemper, omnis .n. homo & ſolus homo & ſemper eſt riſibilis, et tatummõ qualis ſit homo declarat. non enim Differentia tantummodo qualis ſit ſpecies, ſed quale ſit quid ſpeciei manifeſtat. neq; enim rationale tantummodo qualis ſit ho-

mo primum oſtendit,ſed quale animal ſit homo. Itaq; proprium non in quale quid ut differentia,predicatur , ſed magis (ita dixerim) in quale tantummodo.

De accidente. Cap. 11.

Accidens eſt quod pluribus ſingularibus competens,quantū,uel quale,uel quomō libet alio ſit ipſū ſingulare inprimis oſtēdit.Differt uero tū a proprio,tum a differentia, quod non modo in quale, ſed in quantum , in quale,ad aliquid & reliqua dicatur .Atq; hæc quidem non circa ſpeciem ut proprium, neq; circa genus ut differentia,ſed ſingularia circa determinat , ut ~~pote~~ qualis eſt Socrates?dicitur albus aut niger,qualis eſt homo ? non proprie dixeris eſt albus aut niger,ſed riſibilis.ſicuti quale animal eſt homo? nec bene reſpondebis album nec riſibile,ſed rationale. Quod uero dicunt hoc loco accidens eſſe,definientes quod adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem : præter alia id

quoq; peccat, quod accidentis indiuiduo compe- tit: ut Socratis albedini, quod autem modo defi nitur, uniuerſale ſit (ut aiunt) oportet. quemad modum .n. ſpeciei definitio non huic homini ſingulari ſed uniuerſali tantum conuenit. Ita & accidentis non huic Socratis albedini ſed albedini quæ pluribus ineſt ut ſolum accommo- detur oportet, Accidens igitur quantum aut quã quale & quomodolibet alio ſit ipſum ſingulare manifeſtat. Proprium uero qualis ſit ſpecies, ſed differentia, quale ſit in ſpecie ſuum genus, unde accidens in quale et quantũ hoc et reliqua Proprium, in quale tantummodo, differentia in quale quid: ſpecies uero & genus (ut prefati ſumus) in qd predicantur, ſed non ſola, nam & difinitio ita quoq; nihilminus in qd dicitur. Hæc enim (ut inquiunt) oratio eſt, quid ſit manife- ſtans: de qua conſumato incomplexorum ſer- mone (antequã ad complexa deueniamus) ſta tim ſcribere aggrediemur. Eſt.n. ipſa ueluti me

q̃ ſpẽs eſt,

qua accidẽs eſt Vniuerſa- lẽ,

diũ cõplexorũ et incõplexorũ qua.n.oratio eſt di
ſtinctas rei partes manifeſtans complexum eſt
quoddã,qua uero eadẽ ẽ ipſi rei,eadẽ (ut ai ũt)
definito, non quidẽ complexum ſed incõplexum
longe magis uidetur eſſe, uerum ut modo ſu
mus polliciti de hoc infra dicetur diligentius.

In quid predicari ineſſe omni prædicamento,
& quæ prædicentur de eodem ali=
quo et quæ de alio
Cap. 12.

Quando igitur ſubſtantia de ſubſtantia ut ani=
mal de homine, aut quantum de quanto, ut nu=
merus de binario, atq; uniuerſaliter idem de eo
dem aliquo prædicatur ſemper quid eſt ſigni=
ficatur. nempe in ſubſtantia quid eſt ſimpli=
citer, in alijs uero non ſimpliciter, ſed certo quo
dam modo: quippe quum cætera nec abſolu=
te nec per ſe uideantur eſſe, Sed omnia qui=
dem ipſius ſubſtantiæ dicantur, hæc quidem

quantitates illa uero qualitates, & alia paſſio-nes, alia uero huiuſmodi quædam. In quanto non quid ſimpliciter. ſed quid quantum ſignificabit, in quali, quid quale, atq; ſimiliter in cæteris Quando autem aliud de alio predicatur, ut album de Socrate, tunc non quid eſt, ſed quantum, aut quale, aut aliquod aliorum predicamentorum, ſignificabitur. Genus ergo & ſpecies ſemper de eodem aliquo naturaliter prædicantur, ut homo de Socrate, & de homine animal. Proprium uero & accidens, & uocatum accidentis indiuiduum de alio ut riſibile de homine & nigrum de æthiope. Atqui differentia nuncupationis quidem figura eſſe intermedia uidetur: re autem uera & ipſa de eodem aliquo ſemper prædicatur, etenim differentia ſubſtantiæ eſt ſubſtantia, & quanti quantum. diſcrepat uero ꝙ in ſubſtantia, quale quid abſolute predicat, in quanto autem non quale quid, ſed quale quid quãtum & ſimilia. Nempe quid eſt, uno quidem

modo ſubſtantiam ſignificat & hoc aliquid, alio autem ſingulum prædicametorum, ut quantum, quale & reliqua. Quemadmodum igitur quid eſt omnibus ineſt ſed non ſimiliter. ſed huic quidem primo, illi autem ſecundo, ſic et in quid prædicari, ſimpliciter ſanè ſubſtantiæ conuenit, modo autem quo piam, ſed non ſimpliciter, etiam alijs. Enarratum eſt, igitur quid ſingulare, quid uniuerſale, quæ nam ſint ſingula quæq; uniuerſalia, atq; omnia prædicamenta in quid prædicari. & quæ de alio, quæ de eodem aliquo prædicentur. , aliorum

De ſubiecto & predicato Cap. 13.

Ex quibus conſequens eſt accipere ꝙ indiuidua ſuis ſpeciebus, hæc autem utráq; generibus ſuis, omnia uero hæc ſuis definitionibus, ſi quas habent & proprijs & accidentibus naturaliter ſubiciuntur. Cæterum quia genus, quale ſit in ſua ſpecie, ut proximo diximus, differentia manifeſtat: certum eſt, ſpeciem differentiæ ſup-

poni debere?ſed utrum genus differentiæ aut hæc illi naturaliter ſubyciatur adhuc in ambiguo res eſt. Quippe quum genus q; differentia, lõge amplius ſit, differentiæ (ut etiam Ariſtoteles ſcriptum reliquit) ſubiectum nõ erit. Cõtra uero, quum differentia genus erga, qualitatem conſtituat: fieri non uidetur, ut hæc illi naturaliter ſupponi poſſit, præſertim quum etiã omnis differentia uel ſpecies eſſet, uel indiuiduũ An genus ſuas præter ſpecies, ut materia quidem eſt? hæc uero ut formæ naturaliter ſubyci tur, Sic quoq; genus, differentiæ? ſed qui fiet ut id tũ cõius non ſit q; differentia: utrum, quum ut propria uniuſcuiuſq; mã, ſuæ formæ, ita genus nimirum differentiæ ſupponetur? quomodo non ut qdẽ amplius, ſed ut planè æquum ſubſternetur illi. Verum de his plus ſatis, q; locus hic poſtulet. Eſt ergo ſubiectum id, de quo ſi eſt & qd eſt prænoſſe oportet, ut hõ in medicina, ſonus in muſica, Deus in diuina ſcientia, Quid eſt dico

quid.ſ.ſignificat nomen: Prædicatum autem eſt quod de ſubiecto dicitur, aut in ſubiecto eſt; de quo neceſſe eſt, quid ſignificet, intelligere. Dici uero de ſubiecto eſt de aliquo, uel in quid, uel in quale q̃d predicari, ut genera, ſpecies, differẽtiæ et diffinitiones. Hæc.n.oĩa de ſubiecto dici ponũtur. In ſubiecto autẽ eſſe fertur quod ẽ in aliquo nõ tãq; pars alicuius, eſtq; impotens extra illud eſſe, in quo q̃dẽ ineſt ut propria et accidentia.

Subiectũ quoddã eſſe ſecundũ ſcientiã perſe dictum, quoddã uero ſecundũ accidẽs ſimiliter quoq; et prædicatũ.cap.14.

Amplius eſt ſubiectum quoddam ſecundum ſciẽtiã quoddã uero ſecũdũ accidẽs ſimiliter quoq; & prædicatũ itaq; ſubiectũ ſcientiæ eſt uniuerſale genus aut ſpecies exiſtens de quo ſi ẽ et q̃d eſt præcognoſcitur in ſcĩa; cætera uero ſecũdũ accidẽs dicũtur ſubtã, quũ uniuerſale dicimus ab hac diſcriptione ſingulare diſpeſcimus ſcientia nãq; (ut inquit Plato) uniuerſalia ſpeculatur

per genus uero & ſpeciem ab illo proprium differentiam accidens & reliqua ſeparamus, ea.n.ita ſeſe habentia, re uera nõ fiunt ſubiecta, dico differentia, ut differentia, proprium ut proprium, & accidens ut accidens ipſum. Secundum ſcientiam uero & per ſe prædicatũ; eſt quod ſubiecto eſt proprium, aut genus, aut differentia, uel quod ex his conſtat, ipſa uidelicet difinitio. quæcumq; uero non ſunt huiuſmodi, ſecundum accidens prædicatur. Sane ſpecies de ſingulari prædicata, uniuerſalem notionem haud faciens, in ſcientia prædicari non intelligitur.

Quid intelligatur dicendo ſubiectum idem & ſubiectum aliud. Cap. 15.

Eſt præterea ſubiectum hoc ferme idem prædicato, illud uero aliud, pariq; ratione ad ſubiectum ſeſe habet prædicatum, eadem ergo nunc

dicimus, quæ eodem generaliſſimo genere comprehenduntur, ſibiq; inuicem complectuntur unà. ut genera, ſpecies, differentiæ & indiuidua ſortis eiusdem, exemplo in phyſicis, Socrates, homo, animal, uegetatiuum, naturale corpus. Quocirca tunc aliud eſt prædicato ſubiectum, quando id uno generaliſſimo, illud autem altero continetur. & ſi alterum in altero contingat ineſſe ut ſubſtantia & quantũ, Socrates et albedo.

LIBER SECVNDVS.

Entium diuiſio logicalis atq; de prædicamentis. Cap. 1.

OMnia igitur de ſubiecto aliquo eodem dicuntur, in ſubiecto alio non exiſtentia: ut genera ſpecies, differentiæ ſubſtãtiarum. aut neq; de ſubiecto aliquo dicũtur, neq; in ſubiecto aliquo ſunt ut ſingulares ipſæ ſubſtã

tiæ, Socrates, Plato, Rurſum hæc quidem de ſubiecto eodem aliquo dicuntur in ſubiecto alio exiſtentia, ut genera ſpecies, & differentiæ, aliorũ predicamẽtorũ aut de ſubiecto aliquo nõ dicuntur õio: in ſubiecto autem alio ſunt, ut aliorum prædicamentorum ſingularia, quæ accidẽtis indiuidua in ſuperioribus nuncupauimus etenim color de albedine dicitur ut de ſubiecto eodem aliquo: & in corpore eſt uelut in ſubiecto alio. Sed priſciani grãmatica in eius anima eſt ut in ſublecto alio ſed de ſubiecto eodem aliquo non prædicatur, de quo.n.in quid aut quale quid priſciani grãmatica.dicetur? Ex quibus latiſſime patet ſingularia nulla dici de ſubiecto eodem aliquo, quædam uero in ſubiecto alio eſſe nihil prohibere. At de uniuerſalibus quæ genera ſunt uel ſpecies uel differẽtiæ, contrarium intelligitur. Hæc.n.omnia de ſubiecto eodem dicuntur, quædam uero in ſubiecto alio non eſſe neceſſarium eſt omnino.

Quæ

Quæ de ſubiecto aliquo dicuntur prædicari de eo ſecundum nomen & rationem, quæ uero in ſubiecto alio ſunt, ſecundum nomẽ tãtũ, & id quoq; perraro de illo predicari. quid[redacted] ſit ſecundum nomen, quid[redacted] ſecundum rationem predicari.

Cap. 2.

Itaq; omnium quæ de ſubiecto eodem aliquo dicũtur, nomen, & ratio prædicatur illo de ſubiecto, nomen autem prædicari dicimus: ut [redacted] animal de homine. Hoc.n. *nomine animal, etiam hominem apellamus: dicentes hominem, animal At uero nomen huiuſmodi ut albedo, prædicari de homine, non aſſerimus, ſiquidem nomine hoc inq; albedo, nusq; uocamus hominem, niſi quis eum uocet album, uerũ hoc pacto ne quidem albedinis nomen: ſed potius denomiẽ uſurpamus. Ratio autem de ſubiecto tunc prædicatur: ubi uel prædicati diſinitio, uel diſinitionis pars ali-*

qua ſumitur de ſubiecto. (Diſinitio *.n.ex parti bus conſtat genere uidelicet & differentia*) *quando igitur de Socrate prædicatur homo, tunc hominis nomen de Socrate dicitur, quando uero uel hominis definitio, uel animal quod eſt genus hominis, tunc hominis ratio, de Socrate prædicatur. eſt.n.genus, ratio quæpiam ſpeciei.* Vnde *fit, ea quæ de ſubiecto eodem aliquo dicuntur, ut omnia de eo uniuoce prædicentur. Vniuoca.n.dicuntur quorum quidem nomen ē commune, & ratio ſecundũ illud nomen eſt eadem.* Eorum *uero quæ in ſubiecto alio ſunt, ut plurimum ferme neq; nomen, neq; ratio, de ſubiecto in quo ſunt, prædicari ſolet.* In *nonnullis uero, et quidem per paucis nomen prædicari nihil impedit; rationem uero prorſus ē impoſſibile.* Mu*ſica.n.eſt in anima ut in ſubiecto alio ſed animam quoq; muſicam appellamus.* V*erũ tamen muſicæ ratio de anima nunq̃ predicabitur, muſica.n. ars quæpiam eſt: anima uero ne*

quidem ars:ſimiliter autem & in cæteris. Quã obrẽ ea quæ sũt in ſubiecto alio, æquiuoce prædicãtur de eo, in quo ſunt ſubiecto: Si prædicari contigerit (talia.n.perpauca eſſe diximus) æquoca.n.dicuntur quorũ ſolum nomen eſt cõe ratio aũt ſecundũ illud nomen eſt altera. Quan do igitur alterũ de altero prædicatur, ut de ſubiecto eodem:tunc quæcũq; de prædicato ſimiliter dicuntur, hæc eadẽ et de illo dicẽtur:quare ſubalternorũ generũ nihil prohibet easdem eſſe diffſerentias. Et.n.quotcũq; differentiæ de prædicato dicũtur:tot ẽtcũq; de ſubiecto, dici neceſſum ẽ. Sed diuerſorũ generum et nõ ſubalternatim ordinatorum, diuerſæ ſunt rõne ipſa differentiæ, licet interdum nomine eodẽ nũcupẽtur. q̃.q̃.n. tum uox, tũ magnitudo dicatur acũta, in magnitudine tamen aliter, & aliter in uoce acutum accipitur. Diximus igitur quomodo res omnes ratione logica complectuntur, quidue ſit ſecundum nomen, & rationem præ=

dicari. Sed quoniam (ut ſupra teſtati ſumus) de uocatis prædicamentis modo quidam ſcribere logicum oportet. A ſubſtantia utiq; exordiemur primum, tamq; ea quæ prior eſt cæteris omnibus ,ratione , notitia ,tempore , & natura .Cætera.n.in illa ſunt, ut in ſubiecto,cui prius exiſtẽti,contingunt,quæ poſt accedentia,poſt quoq; ſunt, & cognoſcuntur, atq; ita ut ſint, ab illa recipiunt .Sed hæc altioris ſunt doctrinæ.

De ſubſtantia.Cap.3.

Subſtantia igitur eſt eorum quæ in ſubiecto nõ ſunt : quo pacto differentia quoq; ſubſtantia erit. ſedquia communi uſu (quem ſupra diximus hoc opere imitari uelle) receptum eſt, hãc ferme non ſubſtantiam,ſed qualitatem appellari, Iccirco dicamus ſubſtantiam eſſe id quod in ſubiecto non eſt,in quo tamẽ ut in ſubiecto ſ unt alia: licet.n. & differentia non ſit in ſubiecto, in ea tamenut in ſubiecto eſſe, alia nõ dicuntur,

quandoquidem differentia (ut ante monſtratum eſt) natura ſui non ſit ſubiectum.

Atqui *prima uocata ſubſtantia, preterea quæ communi ſubſtantiæ tribuuntur: id habet* q̃ *et neq; de ſubiecto dicitur.ut* Plato, Socrates, *ſecũda autem quæ communis appellatur, contra:* q̃ *uidelicet de ſubiecto quoq; dici poteſt. hæ tamen uocantur ſpecies in quibus (ut inquit* Ariſtoteles*) primæ uocatæ ſubſtantiæ inſunt: & harumdẽ ſpecierum genera, ut homo, leo, animal, corpus.* Quamq; *uero ita deſcribentes ſatis ſuperq; diſtinguimus uocatas ſubſtantias ab his quæ ſubſtantiæ non appellantur, & eaſdem iam intelligimus eſſe: præſtat nihilminus quæpiam alia, de ipſis dicere: quo facilius in earũ cognitionem uenire ualeamus.* Omnis *igitur ſubſtantia uidetur hoc quid ſignificare: quod ſanè de primis certum eſt, indiuiuum .n. unum quid numero eſt, quod ab illis denotatur.* Id *uero nemo eſt, qui neſciat eſſe quid hoc ipſum.* Porro

autem de ſecundis id quidem apparet, ſi nuncu
pationis figuram contemplemur, quando hoc,
ut pote Socratem, dicimus hominem, aut ani-
mal, ſed potius tale quid hoc ſignificat: ut homo
quidem non Socratem, ſed quid tale, hoc eſt q̃d
ſimile Socratis, tanq̃; ſi ſecundas ſubſtantias
primarum ſubſtantiarum ſimilitudines eſſe qs
opinaretur. Species uero magis tale quid ſigni
ficat, q̃; genus, nempe homo Socrati proximior
& ſimilior eſt q̃; animal, Si quis.n.de Socrate
quærenti: homo inquiens, profecto reſponde-
bit magis proprium, magisq́; Socratē mani-
feſtans q̃; inquiens animal, aut corpus. Qua
re ſpecies magis eſt ſubſtantia, q̃; genus.
Quippe ſubſtantia non ſimiliter eſt omnis, ſed
hæc quidem magis, illa uero minus, ſiue hæc
quidem clarior, illa uero obſcurior, ſecus.n.
una tantũ eſſet, neq̃; in ea primum & ſecun-
dum eſſet reperire. Atqui propterea non re-
cipit magis & minus, ſecundum id quod eſt,

ſiue id clarius, ſiue ſit obſcurius. Homo enim (ut diximus) magis aut clarius eſt ſubſtantia q; animal, ſemper eſt tamen idem homo, ſiue ad ſe ipſum, ſiue ad alterum comparetur. Non enim Socrates eſt nunc magis homo q; dum puer erat, neq; magis homo q; Sophroniſcus pater eius. Sicuti magis nunc eſt albus q; prius, & magis ſapiens q; Sophroniſcus. Subſtantia igitur eſt hæc quidem magis, illa uero minus; Seu hæc quidem clarior, illa uero obſurior; nulla tamen eadem magis & minus eſt, aut clarior & obſcurior. Quare ſubſtantia, quum una & eadem fuerit, non recipiet magis & minus.

Neq; uero quicq; eſt illi contrarium, nunc enim ea dicimus contraria, quæ circa idem ſubiectum ſeſe mutuo perimunt, eo nihilminus incorupto permanēte. quid igitur erit ſubſtātiæ contrarium? ſed tamen iſthoc haud eſt illi

proprium, namq; & alijs, ut pote quantitati (ut infra patebit) hoc accidit. Quapropter illud maxime proprium dixerunt eſſe, quod uidelicet unum & idem numero exiſtens, ſuſcipere poſſit contraria. Verum id quoq; in quantitatem quis transferre tentabit: quum eadem & una numero ſuperficies, nunc alba, nunc uero nigra ſpectetur. huic.n. color (ut aiunt) ineſt primum. an igitur id maxime eſt ſubſtantiæ proprium, quod ab initio dicebamus in ſubiecto uidelicet non eſſe; in quo tamen ut in ſubiecto ſunt alia?

De quanto. Cap. 4.

Quantum uero dicitur quod eſt diuiſile in ea quæ inſunt ipſi, quorum ſingulum, uel utrũq; ſimul, eſt natum eſſe unum quoddam terminatum, & ſingulare. Etenim binarius quantus eſt, ꝙ in duas unitates quæ inſunt ipſi, diuiſilis ſit. Quarum & ſi nõ ſingula, ſed tamen utraq; ſimul, apta eſt eſſe unum quoddam terminatum

& ſingulare, iſte uidelicet binarius: Siquidem totum nihil ſit aliud q̃; ſuæ partes ſimul ſumptæ. Quaternarius uero quantus eſt ꝗ uerbi cauſa in binarios duos partibilis ſit, quorum ſingulus eſt natus eſſe unum quoddam et reliqua. Quamobrem multitudo ubi numeratilis eſt, tũ quanta dicitur, Similiterq; magnitudo ubi menſuratilis eſt, uocatur quanta. Ex quibus uidetur quantum omne ut finitum ſit oportere. & ita neq; magis & minus ſuſcipere. Terminatum.n. eſt, terminus uero impartibilis. Multitudo autẽ eſt quod potentia diuiſibile, in indiuiſibilia. magnitudo autem, quod diuiſibile in ſemper diuiſibilia. & magnitudo quidem quæ in unum eſt continua: Longitudo eſt. quæ autem in duo: Latitudo. quæ tandem in tria: Profunditas. ſane uero multitudo terminata: numerus eſt. longitudo: linea. latitudo, ſuperficies. profunditas: corpus. Quanti ergo aliud continuum, aliud uero diſcretum. Et re uera continuum qua conti-

nuum, eſt quod ex partibus conſtat quæ ad unū terminum intermedium copulantur. ut linea, ſuperficies, & corpus. Illius enim *partes ad punctum, huius, ad lineam, corporis uero ad ſuprficiem.* Atq *diſcretum eſt, quod plures in partes ē actu diſtinctū, ut numerus. huius nāq; partes diuiſæ ſemper ſunt abinuicem; & nulli communi termino coniunguntur. Hæ igitur enaratæ proprie ſunt quantitates.* At *uero locus, quantus dicitur qua ſuperficies quædam ponitur eſſe. Motus autem, qua id cuius eſt actus, quantum eſt quoddam.* Cui *quoq; ſimiliter ſeſe hbbet oratio: nam & ipſa motus eſt quidam,* Verberatio *inquam figuratione quadam facta breuis & longæ quantitatis.* Atq; *rurſum tempus quantum eſt (ut aiunt) qua motus cuius eſt menſura, quantus eſt.* Ex *dictis ergo licet accipere quantitati nihil eſſe contrariū.* Quo *enim pacto ſeſe inuicem interimēt illa, quorum partes ſuapte natura copulantur unū*

[library stamp]

ad terminum? aut illa quorum partes ſemper ſunt a ſe ipſis ſegregatæ, nunquam omnino coniunctæ? Hunc *numerum aio, illam uero lineam, ſuperficiem, & corpus.*

Neq; ſi locum quantitatis genere clauſeris: adhuc tamen in quantitate contrarietatem reperies: arbitratus id quod deorſum eſt in medio, contrarium eſſe ei quod ſurſum in mundo: ꝗ plurima ſit hæc diſtantia medij ad cœli terminos, nanq; tunc dextrum in mundo, magis contrariaretur ſiniſtro: ꝗ hic longe protenſior ſit tractus ab uno ad reliquum: ſiue per circularem ſiue per rectam lineam tranſitus fiat. Quibus *accædit ꝗ ſurſum & deorſum in partibus, nihil ſignificat aliud q; ſuperius, & inferius, hæc uero in relationis genere numerantur: ſicut etiam magnum & paruum: multum & paucum: æquale & inæquale. Hæc enim cuiuſuis utiq; ſortis exiſtant nihilminus non ſunt contraria. Quod nanq; nõ*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

eſt per ſe ipſum accipere, ſed ad alterum refer-tur: quomodo huic erit quippiam contrarium? Huc pertinet ꝙ hoc concæſſo continget idem ſimul ſuſcipere contraria, & eadem ſibi ipſis eſſe oppoſita. Accidet.n.idem ſecundum eandem ſui molem, in eodem tempore, magnum & paruum eſſe. Quando cicer ſecundum eandem ſui molem, milio quidem magnum, fabæ autem paruum ſimul uideatur eſſe. & decem nimirum in eo quidem ꝙ decem exiſtunt, ad triginta ferme pauca: ad quinq; autem, multa ſunt. Rurſũ cicer ad fabam & milium eſt inæquale, ad alterum uero ſuæ ſpeciei indiuiduum æquale. Item decem quum ad triginta, tum ad quinq; ſunt inæqualia. ad alia uero decem, ſeu ad ſeptem & tria ſimul, æqualia. & ſimiliter in cæteris. Quo fit ut quanti maxime proprium uideatur eſſe, ſecundum idem uidelicet dici æquale & inæquale.

De qualitate & quali. Cap. 5.

Qualitas eſt qua indiuiduum & numero unum dicitur precipue quale.ut albedo, grammatica, ut ad curſum agilitas: hæc.n. potiſſimum indiuiduis inſunt, & horum participatione indiuidua dicuntur qualia. Quo pacto ſubſtantialis differentia non erit qualitas: & ſi (ut antea monuimus) hoc nomine ſoleat appellari, differt.n.ꝙ hæc de qua modo loquimur, circa ſingularia proprie conſtituitur. Subſtantialis uero differētia circa uniuerſalia, ſed non iniuria quis dubitauerit: utrum uocata propria, aut omnia, aut quædam id genus exiſtant: quippe quum (ut antea difiniuimus) ipſa quoq; circa ſpecies, & uniuerſalia, ſuam explicent qualitatem: Sed id alterius eſt negocij. Atqui nuncupatæ qualitates in qnantitate, ut trigonum, tetragonum, & ſimilia hoc genere nimirum complecti prohibentur, cuius.n.alterius num potiſſimum eſſe differentias arbitraberis? ſecundo ꝙ ſiquis hoc tenore procædat, geometriam non circa magnitu-

dines, ſed circa qualitates uerſari fateatur, opor tet. Verum id nequaq; admittendum uidetur, nam hæc ipſa doctrina, q circa magnitudines uerſetur: iam in confeſſo eſt apud omnes: differentiæ uero magnitudinum non idipſum quod ſunt magnitudines, auferunt: quemadmodum neq; differentiæ ullæ ſubſtantiarum, efficiunt ut ſubſtantiæ, ulterius ſubſtantiæ non ſint.

Id igitur iuxta quod ſingulariter appellamur quales, in actũ & pontetiam primo diuiditur, in quas utiq; differentias et ſi quædã alia par tiri contingat: nihilminus qa maniſeſtiſſimum eſt has ipſas eſſe in qualitatis genere: iccirco nõ inartificioſum erit in eo his eisdem ſimpliciter uti. Potentia igitur naturalis eſt aptitudo uel ineptitudo quippiam faciendi aut patiendi, ut in æthiope qui nunq̃ exercitatus eſt, ad currẽ dum aptitudo, in germanico autem ineptitudo. Actus uero eſt diſpoſitio, aut diſpoſitionis ha tus. Differunt. n. q diſpoſitio eſt actus qui

dem,ſed imperfectus: habitus uero perfectus. Quare diſpoſitio qualitas eſt ſublatu facilis è ſubiecto, habitus uero difficilis. Adeo ꝙ eadem qualitas ubi tenax non fuerit, ſed uieta,perdituq; facilis, diſpoſitio eſt:ubi uero pertinax fuerit ſuo in ſubiecto, & remotu contumax,tum habitus nuncupatur. Sed ſcire licet ut generatione prior in uno et indiuiduo ē pōa ipſa: poſt uero actus. rationiſq; ſimilitudine actus imperfectus prior ē,poſt uero perfectus,ꝙ imperfectū perfecto ueluti pōa quædā exiſtat. Ita naturalis aptitudo uel ineptitudo prior ē diſpoſitione aut diſpoſitionis habitu. et diſpoſitio quidē prior q̄ ipſe diſpoſitionis habitus. At uero nos illud haud fugiat ꝙ diſpōnes quæ cū motu,aut alteratione sūt,aut fiūt in ſubiectis ſuis:eæ re uera paſſiones dicūtur,ſed habitus q ſimiliter īueniūtur, paſſioīs affectus,ſiue,uti placet Ariſt., paſſibiles qualitates uocantur. hæ uero ſunt ut primæ nūcupatæ qualitates,& ſecundæ.calor frigus, humidum ſiccum: album, nigrum, & omnino

quæcumq; contraria, aut horum media ſunt: modo quo ſupra determinauimus. Quale autem eſt quod ſecuudum dictas qualitates denominatiue uel modo quolibet alio ab his dicitur: ut ab albedine albus, a grammatica grammaticus: ſed a uirtute ſtudioſus, haud tamen denominatiue. Et quamuis in ſubſtantia & quanto (ut præfati ſumus) non ſit contrarietas: eſt tamen in quali & qualitate, ut caliditas frigori contraria, & albedo nigredini, ſimiliter autem & quæ ſecundũ hæc dicuntur qualia, contrarietatem ſortiuntur, ut calidum, frigidum, album, & nigrum. Sed id omnibus haud perpetuum eſt, namq; tum pallido rubeoq;, tum pallori ruboriq;, nihil eſt contrarium: illis quidem qualibus, his uero qualitatibus exiſtentibus. Si.n. pallido nigrum contrariatur, id quidem non ut pallidũ eſt, contingit: ſed qua in album refertur. Neq; item contrarium erit pallido exercitatum, ſiquidem.n. unum contrariorum eſt quale, & al-

terum ut quale ſit oportet. Nunc autem exerci tatum non eſt quale, quare neq; pallido erit contrarium. Sed quæri ſolet, utrum qualitas magis minusue admittat nec ne. & profecto cõ cæſſum eſt ea quæ qualitates participant, ut al bum, ut calidum, magis & minus participare, utrum autem albedo ipſa, & caliditas, hos capi at gradus, adhuc ambigitur. Si ergo harũ quæ= libet ſuam quandam latitudinem habet, fatendũ uidetur ipſos quoq; habitus eiuſmodi gradus ad= mittere. Sin autem latitudinem nullam habet. ſed in quodam certo unaquæq; totum poſſidet: ni mirum nec magis nec minus admittet. Prædicta uero non ſunt qualitatis propria, nam & aliis competunt. Itaq; illud proprium erit, quod eſt ſi mile & diſſimile ſecundum eandem dici, ad idẽ omnino comparatum. ut Socrates albedine pre ditus ſecundum hanc eandem ſimilis eſt Platoni albo, & diſſimilis interdum: quando uidelicet albior ſit. Tricubito autem extenſum, non erit

huic quadrato ſimile, et diſsimile, iuxta ipsã (ut ita dicã) tricubitudinẽ: quippe quod ſimile nunq; omnino fieri poſsit, ſunt .n. (ut apertiſſimum eſt) figuræ differentes. æquale tamen, ut fiat, nihil prohibet. Quocirca qualitatis eſt propriũ, ſecundum eandem ſimile et diſſimile dici, ad idẽ omnino comparatum.

De his quæ ad aliquid.
Cap. 6.

Ea uero ad aliquid ſeſe habent, quorum eſsentia eſt ad aliud modo quolibet ſe habere. ex quo manifeſtum eſt, ꝙ ſiquis unum eorum quæ ſunt ad aliquid definite cognoſcat, & alterũ ad quod refertur, ut cognoſcat, oportet. mutua enĩ quædam in relatiuis exiſtens habitudo, ut eis utriſq; ſimul præbet eſſentiam, ita ſimul utrorũq; facit cognitionẽ. Itaq; ſubſtãtiæ omnes & quæcunq; per ſe ſola definiuntur, hæc ad aliquid omnino eſſe non poſsunt: neq; item ulla ſeſe habebunt

ad aliquid, ad ea inq; ſine quibus definite perſpiciuntur. Qua propter non erit quidem aliud illorum prius, aliud uero poſterius, ſed ambo ſimul exiſtent natura, iuxta eam habitudinem a, qua ſumunt eſſentiam.

Scibile autem, ſenſibile, menſuratile, atq; huiuſmodi reliqua, reuera non erunt ad aliquid: quippe cum illa ſint ad aliquid, quæ ideo alterius dicuntur, quia illorum eſſentia ad illud alterum ſit, modo quodam ſeſe habere: non autem eo ꝙ dicuntur alterius, iccirco eorum eſſentia ſit ad illud. etenim ſcibile ſignificat, quod eius eſt ſcientia: non eſt autem ſcientia ad id cuius eſt ſcientia: bis enim idem alterius utiq; diceretur eſſe: ſi namq; ſcientia quoniam alterius dicitur, propterea illius eſſentia eſt ad aliud, id uero cuius eſſentia eſt ad aliud (ut patet) neceſſario dicitur alterius eſſe: ſeqtur qa ſcientia dicitur alterius, ꝙ iccirco dicetur alterius. Vbi liqdo cõſtat, bis idẽ dici. qua ẽt rõne tametſi cætera

(ut ante diximus) dicantur ſubſtantiæ ipſius eſſe, quia tamen ad illa non ſimiliter dicitur ſubſtantia, contingit ut neq; inuicem ſint relatiua. Proprie autem in his quæ ad aliquid ſunt, nõ ineſt cõtrarietas: quo.n. pacto ſeſe mutuo perimēt, quorum eſſentia conſtat ad inuicem? Itaq; alterum quodammodo perficit alterum? Siquidem igitur in quibusdam inueniri uidetur, id ſanè per accidens, non autem per ſe fit: ſicut etiam neq; magis & minus per ſe recipient, recipient uero per accidens, ut ſimile alicui non erit magis a ut minus ſimile, alterum alteri, ſecundum q̃ inuicem referuntur. quemadmodum ergo ſubſtantia (ut ſuperius explicauimus) ſecundum id quod eſt, non recipit magis & minus, contingit tamen ut ſubſtantia quædam ſit, magis ſubſtantia q̃; altera: ut ſpecies magis q̃; genus: ita & proprie relatiuum ſecundum illud ad quod eſt, alterum altero non recipit magis & minus: ut tamen eius eſſentia eſt ad ali

ud quodammodo ſe habere, nihil prohibet, quod unum magis q; alterum ſeſe ad aliud quomodolibet habeat. Quippe filius magis ſeſe habere ad patrem uidetur, q; combuſtiuũ ad combuſtibile neutrum tamen alterum altero magis & minus ſese habet ad inuicem. Nos uero nõ turbet hinc ſequi nonnullas rerum difinitiones ſuſcipere magis et minus id quod abſurdum uideri poſſet, porro id in his quæ perfectioris numerum ſortiuntur, neceſſe eſt omnino alterum eſſe magis & minus altero perfectum, id tamen quod quidem ſunt: non magis & minus: ſed ſemper idem eſſe; non.n.ut album modo magis & modo minus, uel ad idem comparatum. Atq; omnino nihil prohibet idem ſecundum eandem ſui rationem magis & minus appellare, ad diuerſa uidelicet comparatum: ſed ad unum & idem, niſi per ſe recipiat magis & minus, id profecto impoſſibile eſt. Verum hæc miſſa nunc faciamus. De reliquis uero ſex propoſitis generibus,

quoniam latiſſime patet quid illa ſignificent: nõ decet logicum præterea quicq̃, diſputare, q̃; in principio dictum ſit.

Quæcunq; in confeſſo ſunt eſſe, non effugere decem prædicameta.

Cap. 7.

Sed illud certe nos admonendi ſumus, ꝙ & ſi non nulla ſit reperire quæ quidem inconfeſſo ſunt eſſe, ſed in aliquo prædictorum generum, recte poni nequaq̃; uidentur. Hæc tamen uel æquiuoca, uel nequidem ut ſimpliciter incomplexa dici, quomodo nos de his per tractauimus. Nempe motus in uno tantum genere non eſt, uel ſimpliciter incomplexe dictus: ſed hoc illi cõtingit, quoniam æquiuoce nuncupatur. At qui animal quãq̃; in ipſo de animalibus opere primum eſt ſubiectorum genus, in aliquo non exiſtens, atq; id ſane ut incomplexe uocatur, non tamen ſicut ſimpliciter, hoc enim pacto ẽt ſubſtantiæ ſubijcitur.

Proprium uero & differentiam de quibus non dum ſatis conſtat, in quo genere ponantur: forſi tan rationis ſimilitudine non ab re fuerit alicui prædictorum aſcribere. Differentiam quidem ei, cuius eſt differentia. Proprium uero aũt qualitati: aut adeo palam in confeſſo non eſſe, ut ſupra definitum eſt, modo reſpondendum. At uero & ſi bonum, & malum, prima ſunt genera & non in genere, haud ſane tamen ut ſimpliciter incomplexa dicũtur: ſic enim qualitates ſunt: ſed nimirum ut oppoſita modo quodam, a quibuſdam, minus tamen proprie nuncupantur.

De oppoſitis Cap. 8.

Videtur enim alterum alteri quadrupliciter opponi proprie. & horũ unũ quodq;, id quod incõplexum eſt, nihil minus in genere eſſe. aut enim ut ea quæ ſunt ad aliquid opponũtur proprie, uel ut contraria, uel ut habitus & priuatio, uel ut affirmatio & negatio. Sed hac de poſtrema

oppoſitione, ubi de enunciatione diſputabitur tum dicetur. non enim incomplexe ſed complexe aſſirmatur aut negatur. Ea ergo quæ ſunt ad aliquid in eodẽ eſſe genere latiſſime conſtat, contraria uero ſiquidem proprie recipiantur, quomodo ſupra definiuimus, ſimiliter ſe habebunt. Quippe quæ dicebamus circa idem ſubiectum ſeſe mutuo perimere, eo nihilminus incorrupto permanente. qua etiam numſerme ratione priuationes quoq; & habitus in genere eſſe fatendum. habitus enim & priuatio circa idem aliquid dicitur, in quo datum eſt habitui quidem naturaliter ineſſe, qui tamen ablatus in idem amplius redire naturaliter non poteſt. Itaq; cõtraria in eodẽ erunt genere, quod ſubiecto perpetim ineſt, dum à contrarijs uiciſſim permutatur: ut albedo & nigredo in colore, licet in pleriſq; innominatum ſit illud. Forte autem priuatio non erit in genere, ipſa quidem enim per ſe nihil eſſe uidetur, ſed ratione ſola conſtare.

Quatenus uero ſublato habitu, ut alter accedat. oportet. pro hoc utiq; accepta, in eodem in quo habitus erat genere, priuatio erit. Atq; de propoſitis generibus hæc modo ſufficiant. Iam igitur conſtat de incomplexis quæ ad logicum pertinet. deq; eorumdem ſignificatis, & quibus & qualibus.

LIBER TERTIVS.

De Oratione Cap. 1.

R*Eliquum eſt ad complexa deſcendere quoniam igitur complexa omnis interpretatio (ut ab initio propoſuimus) oratio eſt, atq; omnis oratio, complexa eſt interpretatio, hæc uero uox eſt, uti quoq; dictum eſt, ad placitum ſignificatiua, complexæq; notionis ſignum, hinc ſequitur ut oratio quoq; talis exiſtat, quoniam ſi cõplexa quidẽ notio ex pluribus deinde notionibus tanq; partibus conſtat, neceſſe*

eſt orationẽ quoq; partes habere, quæ partibus cõplexæ notionis reſpondeant. Eæ aũt *in uoce (ut præfati ſumus) dictiones appellantur. Oratio utiq; uox erit ad placitũ ſignificatiua, cuius pars ab aliis ſeparata ſignificat uti dictio. Vtrum uero quid unum ſit, aut multiplex, quũ multis ex partibus conſtet, haud difficile eſt noſſe. Quippe ubi ex hiis unum ſignificat: aut ſi nequidem unum, ſed plura: una tamen principe coniunctione ſibi cõnexa, ſemper eſt una. multiplex aũt ubi multa, non unum exiſtentia, uel nulla quidem coniunctione ſibi inuicem cõplexa.*

De diffinitione quid ſit, & quotuplex et quomodo communicet altera alteri & quomõ differat.

Cap. 2.

Eſt autẽ omnis oratio, quantum ad præſens negocium attinet, hæc qdem definitio, illa ãt enunciatio. Verum de hac eiuſq; partibus poſtremo

dicendum. Nunc uero de definitione, quum ſim-plicior ſit & natura prior, tũ ẽt q̃a (ut ante mo nuimus) medium quoddã cõplexorum atq; incõ plexorũ eſſe uidetur.

Itaq; ante omnia definitio quid ſit inquirendũ, poſt uero quot modis illa dicatur. Deinde quo rũ ſit & quot, quibuſue partibus conſtet.

Quoniã igitur definire unumquodq; tunc arbi-tramur, ubi quid illud ſit, ipſi cognoſcimus: ora-tio utiq; quid ſit explicans, erit definitio. Sed quum dupliciter, quid inquiramus, aut enim quid eſt id quod ſignificat nomen, aut quæ rei ſit eſſẽ tia, poſtulantes: duobus plane modis definitio po tiſſimum nuncupabitur, Nempe oratio expli-cans quid eſt id quod ſignificat nomen, aut quæ rei ſit eſſentia, manifeſtans.

Commune aũt eſt utriſq;, maxime uero illi quæ eſt eſſentiæ definitio ut una ſit oratio, & non multiplex: definitio.n.terminus ẽ, multiplex uero exterminatum. adhæc ut propria ſit ei quod de-

finitur, explicatio: niſi enim omni, & ſoli, & ſemper inſit: non erit definitio. atq; id circo ut prædicatiua, & uniuerſalis ſit, oportet. ſingulariũ.n.neq; difinitio ẽ, neq; demõſtratio. ãplius ut rẽ quæ definitur, neutra dicat eſſe uel nõ eẽ. ubi namq; petenti quid tonitruum ſignificet, reſponderimus ſonitum quẽdam in nubibus: tũ qd eſt quod ſignificat nomen, explicamus; ſed ꝙ ita certo ſit, utpote ꝙ ſonitus nubibus inſit, haud quaquam his uerbis aſſerimus.

Inſuper quod, utrauis definit, ut id per ſe unum quoddam exiſtat & non ſecundum accidens.

Definitorum.n. eſt definitio, ea uero quæ ſecundum accidens infinita ſunt.

Præterea ut illud unum ex incomplexorum numero ſit, quid nanq; ſubſtantia ſit aut aliquid aliorum prædicamentorum tantum explicat definitio: hæc autẽ omnia ĩcõplexa. Ad huc ut per priora, & notiora conſtruatur. oportet enim definiẽtem planiſſima interpretatione uti, eo ꝙ

ĩnoteſcẽdi cã redditur definitio. Verũ in his quæ per ſe ſunt ad aliquid: fortaſſe non erit per notiora atq; priora definire. Quippe quibus eſſentia eadem ſit ad aliquid quodammodo ſe habere; Quare fieri non poteſt ut alterum ſine altero cognoſcatur: eoq; neceſſarium eſt inalterius ratione ſimul ſumi et alterum.

Vtrum uero neceſſe eſt notiora eſſe, & priora ſimpliciter, aut quo ad nos? Quippe aliud eſt nobis prius, notiuſq;: & natura aliud. Huic *.n. notius, quicquid ſine altero contingit eſſe, ſed alterum non ſine illo atq; oĩo quod longiſſime diſtat a ſenſu. Nobis aũt, quod ſenſui proximus ẽ Differunt ergo prædictæ diſinitionis ſpecies q; illa interdũ eſt oratio eius quod ẽ opinione ſola per ſe unum explicatiua, Vbi chimæram ubi uacuum & eiuſmodi talia, quæ opinione ſola per ſe ſunt, explicat. Hæc autem eius ſemper quod per ſe quidẽ eſt, & propria eſſẽtia cõſtat. Adhuc illa quandoq; pernotiora & priora quo*

ad nos. Hæc aūt per ea tantum quæ ita ſunt ſimpliciter. Quare contingit in illa plures eiuſdem definitiones eſſe dicere. In hac uero non niſi ſolam, unā, eandem. Huc pertinet ꝙ illa eſſe aliqd neceſſario ſignificat, non rē aio quæ definitur: hāc.n.ut monuimus, neq; ēe dicit neq; nō ēe, ſed quādā .ſ. definitionis partē: quū. n. tonitruū ēe ſonitū inubibus affirmamus, tū (ut infra clarius innoteſcet) aliquid eſſe neceſſario dicimus, non tonitruū qdem, ſed Nubes in q; ipſas. De quibus ſonitum prædicamus. Hæc uero aliquid eſſe uel nō eſſe haud quaq; oſtēdit. Cæterū & ſi utraq; idquod definitur, neq; eſſe neq; itē non eſſe dicit: Hæc tamen niſi id quidē eſſe ſciamus, quid plane ſit explicare non pōt. At illa utrū id ſit aut nō ſit, minime requirit, utpote quæ ſatis utiq; faciat, ſiquidē quod nomen ſignificat, id explicate notū reddat. Sed hac de, quoniā propinquior eſt enunciationi: eſt.n. oratio (ut dicetur) eo ꝙ hoc huic inſit, & aliquid eſſe dicat. Vltimo loco determinandum.

De definitione. quid rei nuncupata. ex quibus, & quot illa conſtruatur, et quorum[redacted] ſit Cap. 3.

De ea uero quæ ſignificat quid res ſit, modo diſſerendũ eſt. atq; primum qdem ex qbus, & quot illa cõponatur, quorũue proprie ſit. Quoniã ergo hæc qd ſit res, manifeſtat: qd uero ſit, ut explanauimus, ſola genera, aut ſpecies, aut differẽtiæ mõſtrãt. Abſit aũt ab hoc ipſa definitio: De ea. n. quæſtio nunc fit, neceſſe eſt hanc eãdẽ uel ex ijs tribus ſimul, uel ex horũ duobus ad minimũ aſtrui, ex duobus uidelicet generibus, aut differẽtijs, aut ſpeciebus, aut gñe una cũ ſpẽcie, uel hac una cũ differẽtia, aut genere tandẽ ſimul & differentia, quandoquidem ex uno tantum id fieri non poſſit omnino, eſt enim oratio. Sed ſpeciem qua ſpecies eſt: in diſſinitionis non uenire ſtructuram: illud oſtendit, ꝙ definitio omnis (ut diximus) rei uniuerſalis eſt,

& prædicatiua. ſpecies uero ~~ſingularium eſt & de quo tamen~~ in quid niſi illud ſingulare ſit prædicabitur? Cui accædit ꝙ ſpetics (ut supra iã liquet) nõ eſt per ſe prædicatum: quale utiq; in definitionem oportet aſſumere.

Sed eam ex pluribus tantummodo generibus cõſtari non poſſe, uel cæco perſpicuum eſt: quippe quæ nullius utiq; propria eſſet oratio. Genus enim nullius eſt proprium, hoc eſt, de nullo conuerſim prædicatur, quomodo proprium ad præſens appellamus.

Sed neq; præterea ex pluribus tantum differentijs. Quid.n. uetat unius rei unicam & non plures eſſe differentias? quum item ultima differentia ſi ante dictis credamus, rem ipſam omnino ſimpliciter manifeſtat: tum profecto uanũ erit, hac una nimirum habita, tum alias rurſum inueſtigare. Reſtat ergo ut adminimum ex genere & differentia conſtruatur. Quibus ita ſeſe habentibus neceſſe eſt, ut definibile ſit, id de

quo

quo genus & differentia per ſe prædicantur, id uero ſola species eſt. Species igitur erit illud, quod proprie & maxime definibile eſt.

Quodnam ſit proprie definibile, atq; utrũ ſubſtantia, aut aliquid aliorum prædicamẽtorum Cap. 4.

Atqui nõ omnis species proprie definibilis eſſe uidetur, ſed ea ſola quæ in ſubſtantia reperitur, cæterorum uero prædicamentorum nulla quidem niſi non ſimpliciter, & niſi modo quodam appoſito. Quemadmodum enim quid (ut explicatum eſt) ineſt quidem omnibus, ſed non ſimiliter. Quin immo his ſane primo, illis autem ſecundo: ſic & quid eſt, ſimpliciter quidem ſubſtantiæ inerit, cæteris autẽ certo quodam modo. Etenim tricubitum interrogamus quid ſit, nõ ſimpliciter, ſed quid ſit alicuius quantum, itidem autẽ & in alijs. ut albedo non quæ ſit ſimpliciter, ſed quæ nam utiq; alicuius qualitas. At in qui

buſdam id latet, quoniam non exacte interrogã. tur. Quũ .n. hæc ut proximo declaratum eſt, sẽ per alterius eſſe dicantur: neceſſe eſt eorum tũ eſſe definitionem, ubi aliud in alio dicitur. Id uero accidit, quoniam illud alterum cuius eſſe dicũtur: eſt id, cui perſe inſunt, & ſine quo non contingit ea fieri manifeſta. Nempe in his nomen aut definitio ineſt eius, cuius affectus ſunt. Si igitur definitio eſt eorum quæ ſunt ſimpliciter: in cæteris quidem prædicamentis non erit. prius namq; in infinitum abibunt, q̃; ut ſimpliciter explicentur: quum .n. alterius ſemper ſint: ſemper alterum in illis in infinitum inuenietur, anteq̃; ſimpliciter explicari queant. Huc accædit q; in horum definitione, ubi quis ea ſimpliciter definire tentauerit, bis ad minimum is dicet idem: utpote ſimum definientes, naſum curuum aſſeueremus. Siquidem enim ſimum non eſt curuum, ſed naſus curuus: atq; item non ſimplex, ſed duplex quoddam ſignificat, naſum uidelicet

& ſimum. Diuidere *autem oportet, quouſq; ad ſimplex deueniatur.* Neceſſe *eſt ut qui ſimum ſimpliciter definire contendit, is dicat ſaltem naſus naſus curuus, aut ſimum, ut is fateatur eſſe quoddam in ſeſe ſimplex, & non alterius cuiuſdam.* Quorum *utrumuis culpa non uacat.*

An *hæc quidem nõ eſt ſimpliciter definire? ſed cum additione ſemper alterius: utpote ſimum nõ ſimpliciter, ſed cum naſi additione?* Quare *neq; in infinitum ibitur: ſiquidem ſimplex non eſt præterea inquirendum: ſed inueniſſe additionẽ eſt ſatis.* Neq; *bis idem hoc pacto replicabitur:* Quippe *quũ idẽ ponatur eſſe ſimũ & naſus ſimus. nẽpe cũ additiõe ſimũ sẽper intelligi.* Quãobrẽ *aſſerentibus ſimũ ẽe naſũ curuũ: diuidere præterea ſimũ nõ opus eſt, ut euitetur additio, ſimplicitas uero reperiatur. cauſa enim huius rei eſt, quia ſimum cum additione eſſe, ut eius natura poſtulat, ita ſimul ut definiatur oportet.*

ueſtis tunicæ,& animal bipes, hõi. Sane uero unumquodq; nõ aliud eſſe uidetur a ſuimet ſubſtantia. Quid eſt autẽ, uniuſcuiuſq; ſubſtantia fertur eſſe. quod ſiquidem ſcire unumquodq; eſt intelligere quid illud ſit, id aũt eſt implicatam rei eſſentiam, explicata oratione cognoſcere: ſecundum explicationem utiq; ,unumquid erit idem, utrumq́; ,definibile inq; & definitio: Quippe quum definibile explicatum, iam ipſa ſit definitio, non enim ſicut ueſtis & indumentum, hæc nanq; non explicata ſed implicata ſignificatione, alterum alteri ſunt idem.

An definitio ſit una oratio.
Cap. 6.

Sed ad huc in ãbiguo res eſt: propter quid enim definibile erit unum? Siquidem (ut diximus) idem eſt definitioni? Quippe quæ tamen oratio eſt, in qua multa nimirum inſunt? neceſſe eſt

igitur & hanc minimo minus unam eſſe. Sed qui fiet, ut animal pedatum bipes (eſto enim id hominis definitio) ut una ſit oratio? quemadmodum enim dicentibus, homo albus, quando non ineſt alterum alteri: aut dicentibus, æs & ſtatuam, niſi eorum alterum quid per ſe unum ſit impartibile: Multa ſunt, & non unum: ſed tum ſanè unum, ubi illic ineſt, & patitur aliquid ſubiectum, quod eſt homo. hic uero ſtatua, quid unum eſt, ob quod, informe (ut aiunt) æs, unum euadit. Ita quoq; & in definitione fieri neceſſum eſt: ſi namq; alterum non ſit alterius particeps, aut nequid per ſe unum (ut dicebamus) inſit: multa ſunt, & non unum. Quum ergo genus differentias participare non uideatur, ſimul enim oppoſita idem participaret: ſiquidem differentiæ, quibus genus diſtinguitur, oppoſitæ: Ab ipſo quidem genere, definitio unitatem haudquaq; accipiet. Amplius ſi id ſimpliciter non eſt, ſuas præter ſpecies, aut ſi eſt

quidem, ut mã ſane eſt: quandoquidem oratione hac, animal pedatum bipes, non genus eſt bipedis, animal, ſed mã. hæc uero, huiuſce naturæ eſt, ut ob illam eandem idem contingat eſſe & non eſſe: ſequitur, ob genus, dubio procul, ut definitio non ſit una oratio. Vt enim idem, a, mã quod genus dicitur, poteſt eſſe et non eſſe, ita quoq; & unum. quippe unum, idem. atq; idem, unum. Relinquitur igitur ſiquidem una eſt, unum quid in ea eſſe, propter quod una fiat. An igitur differentia erit illud: ſed quũ differẽtia ſit alia quidem communis (ut dictum eſt) alia autem propria, quam ultimam appellabamus: communis uero non minus q; genus, ueluti quædam eſt materia: Tum non ob communem, ſed ob propriam & ultimam, oratio una erit definitio.

poſterius intelligatur?

An definibile quidem eſt totum quoddam unū? Sed primo aliquo ſane unum? Quæ igitur defini tio primi illius tantū eſt expreſſio: hæc profecto non oratio: ſed ſimpliciſſimus porro intellectus erit. Quæ uero quid totum ſit, exponit, quoniam id partes habet, hæc quoq; ipſa partes habebit, & oratio nimirum erit.

Vtrum in totius definitione partium ratio, ſit neceſſaria. Cap. 8.

Sed ſi definitio eſt oratio, & omnis oratio par tes habet, quemadmodum autē oratio ad rem, & pars orationis ad partem rei, ſimiliter ha= bet. Quis utiq; dubitabit utrum oportet partium rationem ineſſe in ratione totius aut non? in quibuſdā enim id certo uidetur, in quibuſdam ue ro minus, ſegmēta enim quæ circuli ſunt parti= culæ in circuli rationem nō ueniunt. litteræ uero

quæ nihilominus ſyllabarum partes exiſtunt, in ſyllabarum definitionem uendicantur, tam & ſi non omnes: nempe non cæreæ aut æneæ, ſed ſimpliciter. an igitur parte multifariam dicta: pars quæ ſecundum formam eſt, & non alia, definitionem conſtituet? Hæc enim ea eſt, quæ prior eſt q̃ res tota, & quid res ſit, etiamnũ explicat. quo fit ut cæteris partium modis abdicatis, huius ſolius quæ ſecundum formam eſt, ratio in totius ratione poni debeat.

Quod ſi ſubiectum in aliorum prædicamentorum ueniat rationem, ut naſus in ſimitatis. Vnde partes ẽt quæ non modo ſecundum formam, ſed quæ ſecundũ materiã quoq; sũt, definitionem conſtituent. Id quidem accidit, quia ſubiectum (ut Ariſtoteles inquit) dupliciter ſubijcitur, aut enim aliquid actu exiſtens, ut animal ſuis affectibus: aut ſicut materia quin ẽt actui. Quum igitur ſubſtantia cæteris prædicamentis ſubijciatur, hæc uero aliquid actu ſit, quanq̃; in

ſui affectus ponitur ratione, non tamen id ut materia, ſed ut quippiam actus habet, uſuenit. Atq; ideo ſcire licet dum partes ſecundum formam hoc loco recenſemus (ne fortaſſe in alterius diſciplinæ genus traſgredi uideamur) has quidem eſſe, quæcunque aut generis aut differentiæ obtinent rationem, uel ſimpliciter, uel analogia quapiam. Id quod accidentium nomine, in quorum definitone ſubiecta, quippe quæ re quidem uera non differentiæ, ſed ceu quædã (ut ita loquar) prodifferentiæ, inſunt: dicere conuenit.

Patet igitur quæ ſint definitionis partes, quæ in totius rationem aſſumuntur. quomodo etiam definitio ſimplex ſit intellectus: & quomodo ſit oratio: atq; propter quid una ſit, & non multiplex, & ex quot, & quibus illa componatur, quorumue proprie ſit, atq; oĩo de definitione quid res eſt, manifeſtante, tot dicta ſufficiant.

definitio non perficitur. Reſtat ergo ut partiũ participatione ſit una. Quemadmodum igitur in eo quod dicitur homo & album, multa ſunt, ubi non ineſt alterum alteri, Vnum aũt quando ineſt, & patitur aliquid ſubiectum quod eſt homo, Sic & in ipſa nominatiua definitione, plura quidem dicta fiunt unum: eoq; alterum ab altero participatur: atq; omnino alterũ ineſt alteri. Quo euenit ut unum uni ineſſe, nominatiua explicet definitio. Et ita quidem ex duobus potiſſimum illa conſtabit: nempe ſubiecto et prædicato. Quod ſi quandoq; id ipſum ineſſe non explicetur: ſatis eſt tamen ut in animo ſit ita receptum. Sicut in demonſtrationibus uſuuenit, ubi rectum lineæ dicimus ineſſe, aut ubi concluſionem (ut ariſt. inquit) nominatiuam facimus finitionem ſcilicet ubi ſonitum in nube, Id quod tonitruum ſignificat, ipſi concludimus, Amplior enim nubes q̃; ſonitus: & linea q̃; rectum. fieri uero non poteſt, ut contingãt, non ineſſe, quæ in

demões uendicãtur.ſed qa nominibus caremus (res.n.q̃; noĩa,plures) uidemur plærunq; rem rei nõ neceſſario ineſſe interpretari, quũ tũ neceſſario qdẽ insit,ubi ſuis cũ proprietatibus ſeu mauis conditionibus,quas tamen uerbis conſeq nequimus,illa conſyderetur. Id *quod tot,iam oli ſcriptores, nõ leuibus curis huc uſq; diſtorſit. Sed ad rem redeamus.* Non *igitur quomodolibet prædicatum de ſubiecto, in ipſa nominis finitione complecti debet:ſecus enim omnis utiq; ſimplex enunciatio, nominatiua eſſet definitio?* An *igitur ubi perſe,uel in sc̃ia,prædicatũ eſt de ſubiecto?* Id *uero (ut in antedictis oſtendimus) aut gñs,aut differentia eſt,aut propriũ,aut ipſa quidni definitio.* Atq *definitio de ſuo definibili (ut patet) non erit illud:contingeret.n. in ipſa definitione ſimul ineſſe utrumq; , definitionem inq;, & definibile.* Neq; *item genus ſua de spẽ: quid.n.erit id unum,aut in quo nam* Incõplexorũ *id ſtatuemus?quod ex genere & specie ſimul*

iunctis proficiſcitur ?Similiterq; neq; differentia, ſua de ſpecie, ob eandem rationem. Relinquitur ergo ut uel differentia ſit de genere, aut propriũ ſuo de ſubiecto. Alioqn ſi differẽtia (ut inquit Ariſt.) de genere nõ prædicatur, amplius .n.q; diferentia, genus eſt: seqtur, ut præterq; propriũ ſuo ineſſe ſubiecto, nominatiua definitio nihil explicet. Porro aũt ſi genus, nõ ut qdẽ genus sed ut mã prorſus eſt, nihilminus (ut ab initio dicebamus) differentiæ ſubijcitur: Neq; itẽ ut ſimpliciter mã, ſed ut iſtiuſmodi quæpiã: profecto nunc propriũ ſuo ineſſe ſubiecto, nunc generi ſic tamen (ut diximus) ſeſe habenti, differentiã: nominatiua definitio ſignificabit. Hoc igitur quũ ſic habeat: Nemo ãbiget, cuius nã illa ſit? nẽpe eius quod partiũ participatione per ſe unum eſt: ſiue id in ſubſtantijs, ſiue in alijs prædicamentis reperiatur. Patet itaq; ex quot, & quibus, & quorum ſit, nominatiua dicta definitio.

Similiterq; ſi euenerit de his quæ re uera im=partibilia ſunt, & omnino ſimplicia, quærere quid ſignificat nomen, quamq; nulla in ſeſe cō=plexione conſiſtunt, quo ad nos tamen ut com=plexe tunc explicentur, oportet. Neq; hæſitan=dum eſt præterea ꝙ nominatiua definitio ſit uo cis etymologia, quum dicimus, homo ab humo de riuatur, aut quum pro uoce uocem afferimus, ut mucro, id eſt, gladius, & ἄνθρωπος græce, la=tine uir. aut ubi uocem in ſuas ſignificationes diuidimus, dicentes pro cane, ſtellam eſſe modo accipiendum, modo animal noſtrum ob latrans. ſiue ubi quid nomen ſignificat, incomplexe ſim pliciter effamur. In exemplo hæc cōiunx uxo=rem, & genitor patrem ſignificat. Neq; enim etymologia definit, quid ſignificat nomen, ſed id ſolum a, quo ducit originem. Neq; item pro, no=mine, nominis alicuius dictio, non enim ſignifi=catum, ſed nomen pro nomine dicit. Neq; præ=terea uocis in ſua ſignificata diſtinctio: quippe

quæ non quid uox ſignificet, oratione quadam enodat: quemadmodum neq; etiam, ubi quid nomen ſignificet, incomplexe ſimpliciter uſurpamus. Quamobrem contra iſthæc oĩa id ſimul unum dici poteſt, quod ipſorum nulla ſit oratio, qua re nec etiam definitio.

Eſſentiæ finitionem etiam a, nominatiua diſferre, quando utraq; cum gñe differentiam explicarit.

Cap 11.

At uero non dum id ſatis conſtituimus: quo .n. eſſentiæ definitio, ab ea quæ nominatiua dicitur, diſtinguetur? Vt enim illa ex genere & differentia, ita & hæc quandoq; conflatur. Et.n. genus utrobiq; (ſiquidẽ suas præter ſpecies non eſt genus) materiæ obtinet rõnem. An iſta qdẽ gñi (ut enarrauimus) drãm ineſſe declarans, tũ aliquid neceſſario dicit eſſe: utpote ſubiectum quod erat gñs: Illa uero generi cõiungens drãm,

nequidem aliquid eſſe, ſed quid ſit tantummodo manifeſtat. quippe aliud eſt explicare, quid hõ ſignificat, ut aĩal quoddam rationale. atq; aliud omnino quid homo ſit, & dicere quin etiam animal quoddam rationale. præter id .n. (ut expoſuimus) quod hæc rẽ, quæ definitur, ut eſſe ſciamus, expoſcit: Illa uero nequidem unq̃. Differt inſuper, quod in hac quoad ſua intereſt, nequaq̃ eẽ aliquid, maxime nãq; id eſſet homo (Atq hõ (ut patet) orõe hac defĩua non cõplectitur) ſed tantum quid hõ ſit, dicimus. Nempe de homine quũ animal, tum rõnale, quæ de illo in quid prædicantur, explicamus. Illic uero non, quid homo ſit: non .n. de homine (quantum ad nominatiuam attinet finitionem) enunciamus animal aut rationale: ſed rationale quidem de animali quopiã. Id quod in ipſa definitione cũ illo cõplectentes, tũ aliqd eſſe, non inquã, hominẽ, ſed animal ipsũ neceſſario dicimus. Subiectũ .n. id ẽ: de quo (ut præfati ſumus) ſi ẽ, prænoſſe oportet.

Quemadmodum quoq; dicimus uacuum ſignifi=
care locum corpore carentem, utrum enim lo=
cus ſit corpore carens, id quod uacuum ſignifi=
cat, inquiritur. Sed ut illic animal, ita & hic, lo=
cus eſſe ſupponitur.

Definitionem quid nõis appellatam cõmunẽ eẽ omnibus prædicamẽtis, ſed maxime alijs omnibus a, ſubſtantia.

Cap. 12.

Eſt uero communis, ipſa nominatiua definitio,
quum ſubſtantiæ tum alijs præmeĩitis, ſed his cer
te q̃ maxime, magiſq; proprie. quippe in ſubſtã
tia ubi contingit de genere tãq̃ huiuſmodi ma=
teria differentiam prædicari, & nominatiuam
eſſe finitionem, ſolus dicendi modus euariare;
ſed res eadem eẽ uidetur. ut petenti quid homo
ſit? tum reſpondeatur, animal rationale. rur=
ſum quid homo ſignificat? tum animal quod=
dam eſſe rationale; non enim aliud de alio nunc

*enunciatur,ut opus ſit aliquid neceſſario inter=
cædere,quod illa ſimul uniat,ſed ſola,ut diximus,
differentia ſufficit ad unitatem præſtandam.
Quare accidit ut alterum alteri dicatur ineſſe.
dicēdiq; mō et nō re ipſa differre,ab ea quæ eſt
eſſentiæ definitio.*Huc *pertinet,q̄ ubi ~~præterea~~
proprium de gn̄e prædicantes,ſubſtantiam ex=
plicamus,uidelicet poſtulanti quid homo ſigni=
ficat?animal quoddam riſibile dicentes eſſe:tum
quidem nominatiuam reddimus finitionem ,ſed
quæ tamē quo ad nos potius,q̄; quo ad rei nām;
quandoquidem ſubſtātia non ſit, quæ ad aliquid
referatur eſſe.*

A*t,ī alijs prædicamētis nō ſolus dicēdi modus al
ter eſt ab eſſentiæ definitione ,ſed ipſa quin ēt
res: quippe quæ aliter exponi recte non poſſit,
q̄; nominatiua explicet definitio.Sēper.n. in his
aliud alij ineſt,ſiue dicas exempli gratia quid eſt
tonitruum ? reſponſum uero ſit,ſonitus quidam
in nubibus,aut petas, quid ſignificat?reſpondea=*

turq; ſonitum quendã ineſſe nubibus. Quum.n. in his unum non fiat, niſi (ut expoſuimus) alterum ab altero participetur, atq; alterum inſit alteri. Neceſſe eſt ut dicendi modus ab eſſentiæ ratione, quippe quæ sola, in ſubſtantia reperitur, uarius ſit, quia res etiam uaria eſt.

Huic accædit ꝙ in alijs prædicamentis nominatiua definitio, non quoad nos, ſed quoad illorum naturam maxime ſit: quippe quæ talia ſint, ut alterius ſemper eſſe dicantur. Quocirca ſi in his aliud alij inerit, id quidem ſecundum illorum erit naturam. Si uero in ſubſtantia ſic quoq; proferatur, id profecto non quoad ſubſtantiæ naturam, ſed quoad nos erit.

Itaq; nominatiua definitio communis quidem eſt, cum ſubſtantiæ tum alijs prædicamentis, maxime tamẽ, magiſq; proprie cæteris alijs. ꝙ hæc alterũ alteri ineſſe ſemper oſtẽdat, ſiue id perſe unũ ſit inſubſtãtia, ſiue in alijs prædicamentis. Manifeſtum ẽ igitur q̃d ſit uocata, id quod nomẽ

ſignificat, definitio, quorum ſit, & ex quot et quibus aſtruatur. ac qui differat a tot pleriſq; alijs: atq; idem ab eá quæ eſt eſſentiæ definitio. & quó aliqd neceſſario eſſe dicat.

Cognita quid nõis uocata defõne, tũ facile percipi, ut in alijs quæſitis, ita & in ipſo ſi ẽ, ſupponi ſubiectũ unũ propriũ. cap. 3

Quibus ita ſeſe hñtibus (q̃; q̃; nõ hic anticipandum, ſed poſteriore loco dicendũ id eſſet) haud tamẽ ſolutu nũc difficile ẽ, quod a pleriſq; oĩbus antehac dubitatũ fuit. qnam. ſ. fiat, ut an uacuũ ſit aut hũiſmodi qd inqramus. & aliquid eſſe in hoc quæſito, ſicut in cæteris ſupponere oporteat ij .n. ens in cõi ſupponi uolũt, alij uero, qd nõis tãtũ. Sed horũ uterq; cũ ueritate pugnans, merito cẽſeri põt. Quid. n. emolumẽti præſtabit, ens illud in cõi eſſe? præterea ſi quæſitum eſt nãle, qd lucrifaciet, ens in cõi ẽe ſtatuere? qppe quod ita ſpeculari nõ phyſici ſed alterius eſt.

Amplius ſi pro eo quod uocant quid nominis, id quod ſignificat nomen, intelligant. quis non ui=det, ſupponentes quid nomen ſignificat: rẽ utiq; eſſe, ſupponere? ut poteſi homo eſt inquirẽtes, id quod hõ ſignificat, ſuppoſuerint. id eni res eſt, quæ homo dicitur.

Si uero non uti diximus: ſed quid nominis, pro, nomine dictionem accipiant, Intelligentes uerbi cauſa τὸν ἄνθρωπον, pro hoĩe: ita enim erat nominis pro nomine dictio. quid igitur frugis ſuppõ iſthæc quæſito reportabit? præterq̃; id mõ latinis uerbis audiri, quod prius græce tan=tum percipiebatur. quocirca ſic ſumpta quid nominis expoſitio, nequidem quicq̃; ad quæſitum, ſed ad ſermonis differentiam ſolummodo con=feret.

Omnino aũt ſi quæſitum eſt An homo ſit, ut id concluſio fiat, oportet. Concluſio autem ex ſub=iecto & prædicato connectitur. Quid ergo ſub=iectum erit ubi concludetur homo eſt? quid item

in minori propõne ſubijcietur? ubi hominem eſſe probabunt: an homo etiã ipſe. quo loco prius ac cipient rem eſſe, q̃ illam eſſe concludant. quod abſurdiſſimum eſt. id quod tum clariſſime per ſpicitur, ubi ſyllogiſmũ aſtruentes exemplo rati oſtendere aĩam eſſe: aiunt, oẽ quod ſeipſum mo= uet, eſt: aĩa eſt id quod ſeipſum mouet, igitur aĩa eſt: ubi perſpicuum fit, ante concluſionem in minori propõne actu eſſe, animam dici.

Verum incommoda iſthæc omnia facillime tol= luntur: ſi quemadmodũ nos declarauimus, nomi natiua definitio admittatur. Nempe in explica= tione quid uacuum ſignificat, unũ uni ineſſe di cente, non uacuum eſſe, supponitur: ſed locus, quo de corporis carentiam prædicamus, quorũ alterum alteri ineſſe, ſignificare uacuũ ſtatuẽ tes, tũ inquirimus, utrum locus ſit corpore ca rens, quod æq; nimirum eſt, ac ſi quæreremus an uacuum ſit. Vbi patet, tum in minori, tum in cõcluſione re uera & non temere ſubiectum

aliqd ẽe, de quo ſi ẽ (ut toties dictum ẽ) præcognoſcitur: eſt uero id, nõ uacuũ quidẽ, ſed locus; pariter autem & in alijs. Quemadmodum inquirẽti an ſit anima, quid aĩæ nomen ſignificat, interrogaretur, diceremuſq; actũ corporis phyſici organici: ſubiectum.n.hic, corpus phyſicum organicum: de quo ſi eſt, ſupponentes, tum inueſtigamus, utrum in eo ſit actus. quod ſimile prorſus eſt, atq; ſi an ſit aĩa, quæreremus. Id quod omnes quotquot ego legerim uel audierim (ariſtotelem excipio) latuiſſe uidetur. quippe qui non animaduertentes, quid ſit quod in quæſito quocunq; ſupponere oportet, eſſe. prædictis nugamentis & alijs plæriſq; addiſcentium aĩos illuſerunt.

Siquidem enim quæſitum unumquodq; concluſio fieri debet: hæc ãt oĩs ex ſubiecto conſtat et prædicato: prænoſſe uero (ut diximus) oportet de ſubiecto ſi eſt, non autem de prædicato: quid ergo aliud q̃ ſubiectum erit? id quod in quæſito ſi

eſt, ſupponere oportet eſſe: Quo magis halluci-nati, eo minus intellexiſſe potuerunt, quæſitum ſi eſt, iuxta nominatiuæ (ut docuimus) defini-tionis explicationem, in ſubiectum & prædica-tum eſſe diuidendum prius, q̃ in ſyllogiſmo de-monſtratiuo collocetur: utpote arbitrati hoc pa-cto, compoſitum quod uocant, & ne quidem ſim-plex fieri quæſitum. Id quod etiam nobis ad præ-ſens minimo minus forſan obijcient. Sed tantum abeſt, quo quicq̃ in hoc dare uitio nobis queant, ut ſi rite aĩum aduerterint, in hoc eodem ipſi ſeipſos iam falſos habeãt. Quandoquidem nihil prohibet (ut infra clarius explanabitur) quæ-ſitum (ut aiunt) compoſitum, ad ſimplex uno modo reduci, & ſimplex, rurſum uerti ad id quod appellant, compoſitum: ubi uidelicet, quod per ſe unum eſt, id iam oratione explicatum, dictione una proponitur: aut dictione una pro-poſitum, dein oratione una explicatur.

Porro id ab alijs quæſitis quæ compoſita nuncupantur, et ut rectius loquar, quæ quidem in parte quæruntur, differt. ꝙ illa & actu & poteſtate, ſic inquirantur. Id uero ſic quidem actu, poteſtate tamen, ut totum unum, ut ſimplex inquiritur.

Definitionem quandam eſſe quæ demoſtrationis eſt concluſio, alteram uero principium, idq; dupliciter.

Cap. 14.

Quod quum ita ſit, liquet etiam id quod ariſtoteles de ipſa quid nominis definitione ſcriptum reliquit hanc interdum demonſtrationis concluſionem appellitans, ubi uidelicet hac poſita, tũ propter qđ deinceps inquirimus: ut pote intelligẽtes tonitruum ſignificare in nubibus quẽdã in eſſe ſonitum, atq; ita habentes eſſe, tum inueſtigamus propter quid in nubibus ſit ſonitus?

Quemadmodum uero nominatiua definitio eo ꝙ unum de uno manifeſtet nõ ſecundum accĩs:

demoſtrationis aliquando eſt concluſio : ita & altera quæ ſub hoc uocabulo quid res ſit, intelligitur, demoſtrationis eſt principium. Sicut enĩ quæcũq; fiunt arte uel nã, hæc ab eo quod eſt in actu, ſemper fiunt: ita & demonſtrationes, quæ tametſi non ſingulares, ceu tamen uniuerſales quædam generationes cenſentur, ab ipſo nimirũ actu, id quod qd eſt, dicitur: oriuntur. Quamobrem omnis demonſtrationis principium, eſt quod quid eſt. Vtq; generationes principium habent, id quidem proprium, illud uero cõmune. Nempe ſol & homo (ut inquiunt) hominem generant. Ita quoq; demonſtrationes, duplex ſimiliter principium ſortiuntur, & utrũq; ſane quid eſt, dicitur; ſed commune immediatorum eſt definitio; quæ quoniam indemonſtrabilis eſt, poſitio nuncupatur. Propriũ uero, quoniam oratio eſt propter quid eſt, manifeſtans ipſius quid eſt, ratiocinatio, caſu differens a demonſtratione uocatur. Itaq; ſi quis definitionem

quid ſit (uti diximus) inter ſtinguat: triplex in ſumma erit definitionis ſpecies, una quidem oratio ipſius quid eſt, indemonſtrabilis, altera uero ratiocinatio ipſius quid eſt, poſitione differens a demonſtratione: & tertia demonſtrationis de ipſo quid eſt, aſtructæ, concluſio. Verũ hæc, ubi de demonſtratione pertractabitur: longe clarius fient manifeſta.

Patet igitur quid, & quotuplex, ac ex quot, & quibus, & quorum, Vnaquæq; ſit definitio; ſimulq; conſtat, quid ſit oratio, & quotuplex, nẽpe definitio, uel enũciatio et quum de altera eius parte, iam ſatis ſuperq; diſputatum ſit, ſequitur ad enunciationem tranſire.

Impreſſum Romæ apud Valerium Doricum, & Ludouicum fratres
Brixianos.
M. D. XLVIII.